

mori per triduum potuit, nec uel sic deum euadere: quanto melius seruus, q
 siue iniquus deum timens nō fugit eum, sed potius contemnit, confidēs sci
 licet de tutela domini: siue deum reformidat, quanto magis sub oculis eius
 astitit, dicens: Dominus est, potens est: omnia illius sunt: ubi fuero, in manu
 eius sum: faciat quod uult: nō discedo, & si perire me uolet, ipse me perdat,
 dum me ego seruo ill. Malo inuidiam ei facere per uoluntatem ipsius pe
 reūdo, quā uelim per meam euadendo. Hoc sentire & facere omnē seruū
 dei oportet, etiam minoris loci, ut maioris fieri possit, si quem gradus in p
 secutionis tolerantia ascēderit secum ipsi actor, id est, ipsi diaconi & presby
 teri & episcopi fugiunt, quomodo laicus intelligere poterit, qua ratione di
 ctum, Fugite de ciuitate in ciuitatē? Itaq; cum duces fugiunt, quis de grega
 rio numero sustinebit, ad gradum in acie fugiēdū suadere? Certe quidem
 bonus pastor animā pro pecoribus ponit: ut Moyses non domino adhuc
 CHRISTO reuelato, etiam in se figurato ait: Si perdis hunc populū, inquit,
 & me pariter cum eo disperde. Cæterum CHRISTO confirmate figuras su
 as, malus pastor est qui uiso lupo fugit, & pecora diripienda derelinquit: p
 iñcietur de uilla pastor huiusmodi: detinebūtur illi missionis suæ mercedes
 suæ in compensatione, imò & de priore peculio eius exigetur detrimēti do
 minici restitutio. Etenim qui habet, dabitur ei: ab eo autem qui non habet,
 etiam quod uidetur habere, auferetur. Sic Zacharias comminatur: Exurge
 romphea in pastores, & euellite oues, & superducam agnum meum in pa
 stores. In quos & Ezechiel & Hieremias isdem minis perorant, quod nō tā
 tum de pecoribus improbe uescantur pascentes potius semetipsos, uerū &
 dispersum gregem faciant, & in prædam esse omnibus bestijs agri, dū non
 est pastor illis. Quod nunquā magis fit quā cum in persecutiōe desti
 tuitur ecclesia à dero. Si & spiritum quis agnouerit, audiet fugitiuos deno
 tantem. Porrò si eos qui gregi præsumt fugere cum lupi irruunt, nec decet,
 imò nec licet: qui enim talem pastorem malum pronunciauit, utiq; damna
 uit (omne autem quod damnatur, illicitum factū est sine dubio) ideo præ
 positos ecclesiæ in persecutione fugere nō oportebit. Cæterum si grex fugere
 deberet, non debere præpositos gregis stare, sine causa staturos ad tutelā
 gregis: quam grex nō desideraret ex licentia fugæ scilicet. Quod ptineat fra
 ter ad tuū problema, habes sententiæ nostræ responsionem & exhortatio
 nem. Porrò qui quærit, an persecutio fugienda sit, sequentem quoq; iā p
 spiciat necesse est: an si fugienda nō est, nō est redimenda, certe sit ultro. Igit
 & de hoc tibi suggeram definiens persecutionem quam constat nō esse fu
 giendam, proinde nec redimendam. Precium interest. Cæterum sicut fuga
 redemptio gratuita est, ita redemptio nūmaria fuga est certe: & huius timi
 ditatis consilium est: quod times, redimis, ergo fugis: pedibus stetisti, curri
 sti nūmis curristi: hoc ipsum quod stetisti, ex redemptione fugisti. Ut autē
 redimas hominem tuū, nummis ex sanguine suo redemit, quā indignū

Fort. sed potius con
uenit.

Fort. Sed cum
ipse pastor.

Fort. sic ultro

T deo